



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Apollinare ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. cxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

pagantis euerfam inueniūt. Easu tamē quod-
dam ex marmore sepulchrum aspiciunt: cuius
sculptura demonstrabat: quod corpus magda-
lene ibidem quiescebat: quod noctu confringen-
tes: assumptas reliquias ad hospitium depor-
tarunt: quorum principalior in ipsa nocte per
visum a magdalena admonetur: ne timeat: sed
ceptum opus perficiant. Eum autem ad me-
diam leucam a cellacē. cenobiaz propinquas-
sent: nullatenus inde mouere reliquias potue-
runt: donec abbas et nonachi omnes sancto cor-
pori obuias processionaliter exierunt: et ipsum
cum omni reuerentia susceperunt: quod ibidē
facit miraculis coruscans.

De sancta scyntye discipula. Cap. cxxv.



Scyntye discipula

la apostolorum fuit: de qua bea-
tus paulus ad philippē. iiii. kal.
mentionem facit. Hec in vi-
ta apostolica cum omni religio-
ne perseverans philippis dor-
muit: ibidem sepulta. xi. kalendas augusti: vt
dicit ado: et hieronymi martylogio.

De sancto Platone martyre. Cap. cxxvi.



Platone

apud Ancyram ciuitate ga-
latie province passus est tem-
pore maximiti imperatoris
sub perfecto agrippino: qui
parulus et locuples a paren-
tibus relictus omnia sua pau-
peribus dispensauit. Quem

et prefectus tenere fecit: vt sacrificaret: quod
cum renueret a. xij. viris sibi vicissim succedē-
tibus: primo quidem grauitate cecidit: sed im-
mobilis persistens carceri mancipatur: deinde
post dies. vii. super ferreum lectum extendi-
tur: et carbonibus subterstratis oleo resina ce-
ra ac bitumine perfusus torretur. Eum autem
predicta in eum nil preualuerūt: cunctis cernē-
tibus angelica visitatione confortatur: odores
q̄ nimio fragrantē refouetur. Quo miraculo
plures ad dominum conuertuntur. Post hec in
equuleo appenditur: malaq̄ ferrea ignita eius
lateribus adhibentur. Et cum hec etiam patē-
ter tolerasset: mandauit iudex: vt corrigie de ei-
corpore traheretur: quas sanctus suscipiens
in faciem prefecti iacuit: dehinc in custodia
reductus. xviii. diebus fame afficitur: sed a do-
mino confortatur. Nouissime autē iubente pre-
fecto extra ciuitatem in locum: qui dicitur scam-
pus: ducitur: et ibidem gladio capite trunca-
tur: vbi et a fidelibus digna reuerentia tumu-
latur. xi. kalendas augusti.

De sancto Andegisillo abbate, Cap. cxxvii.



Andegisill abbas qui et
vadoit ait si-
gbert? ansegisi maior? dom? ne-
pos ex valcise fratre flozuit tpe
iustiniani secūdi. Qui cenobia
fiscanū et fontanellā dno funda-
uit. Hic in veredinēse regiōe or-

tus nobili parēte. s. valcise pipini frācor regis
filio: sub rege dagoberto comes palatin? ab eo
cōstitut? strenue officii exercebat. Lūi inuito
illustre puellā rex in vxorē tradidit: quā tñ ipse
ad castitatē suavit? vñ et illa sc̄imonialis: tpe ho-
defra curia mōach? effect? ē. Qui cū sc̄to viro
valfrido in loco q̄ dicit mōs falconis primoren?
habitaui. Lus aut rex sanctū lz pposse renitē-
tem de monasterio eductū violēter ad curiā tra-
heret: itras palatii pauperē cū vehiculo offen-
dit: et in luto picit: quē cū alij ptererūt vadēgi-
fillus de quo descēdēs pauperē e cenno subtra-
xit. Statim angel? inopi viro assistit et vestē de-
curpatā emēdās cādidozē q̄ ante fuerat red-
didit. Quo miraculo p̄specto rex illū ad mona-
steriū redire pmisit. Inde ad territoriū bellis-
gangiū p̄xit: vbi et cenobiū in p̄zio fundo cō-
struxit: vbi plurimas diaboli insidias p̄pessus:
oēs dei g. au. p̄pauit. Deinde iussu diuio p̄moni-
tus venies vrbomagiū a sc̄to andoeno subdia-
con? ide leuita ordinat. Ac postmodū carnotū
tendens a sc̄to audomaro in presbyterū conse-
crat. Post hec fontanelle monasteriū struxit:
in quo cū godone eius nepote deo seruire stu-
dult: verū alimētis sibi deficiētib? a barbylda
regina p̄ visum a deo monita plausuris onustis
cibarijs visitat. Ibiq̄ vsq̄ ad annos etatis sue
xci. labori manū in hēs in dei fuitio pmāsit.
Demū graui egritudine p̄sus triduoq̄ in errasi
rapr? sanuā sibi celi patefactā p̄pexit. Sicq̄
deo spiritū reddidit. xi. kal. augusti. auditaq̄ ē
in ei? trāsitu a sc̄dā discipulo mellis uā cātilena.
Sepultusq̄ ē in ecclia sc̄ti pauli: vbi et p̄ annos
xl. permāsit: vbi et sc̄tus ausbert? eps annis. xi.
et sc̄tus vlphranus annis. ix. q̄euerūt. Anno
aut dñi. ccccclxxii. horū trium corpora miro
odore fragrantia et tā in mēbris q̄ in vestib? om-
nino incorrupta ad eccliam sc̄ti petri transfata
sunt kalē. aprilis vbi miraculis coruscata re-
quiescūt et digna fidelū veneratione coluntur.

De sc̄to Apollinare epo et mar. Cap. cxxviii.



Apollinare

ris epus apud
rauenā passus
tēpore vespasia-
ni imperatoris.
Hic antiocheus genere beati
petri apostoli discipulus cum
eo ex antiochia romam venit:
quē petrus rauenne ep̄m des-
tinauit. Et appropians ciuitati apud quēdam

militem nomine hyreneū hospitarus: filiū eius fecū inuocato xpi noie illuminante: ipm cum parentibus baptizauit. Quod miraculū cū tribunus a milite didicisset Apollinarē aduocauit: vxorem suā noie theclā per annos plurimos decumbentē sanaret: quā nullus medicorū erigere poterat. Eius manū apprehendens mot illam erexit: et ipam cum viro et filiis ac oī familia: necnō pluribus ex militibus ad xpm cōuertit. Et apud eundē tribunū annis plurib⁹ mansit: vbi et ad se infirmos veniētes sanabat: et multos ad xpi fidem adducebat ac presbyteros et clericos ordinabat. Post annos 80. xij. cū predicta dux saturninus audisset: apollinarē detinere fecit: ac pontificibus capitolij raennatis tradidit. Ductusq; ad templū iouis inmolaret: cum diceret sacerdotibus aurū et argentū idolis oblatū melius pauperibus dari q̄ ante demones appēdi. protinus fustibus ceditur: et semivivus relinquitur: sed a discipulis collectus in domo cuiusdā xpiane vidue. vi. mensib⁹ refouetur. Unde venit ad ciuitatē classis: vt quendā bonifaciū nobilissimū mutū effectū curaret. Et cū domū ingrederetur puella habēs spiritū immūdū clamabat: vt indē discederet. Alloquin ligatis pedib⁹ eū extra mūdū trahi faceret. Quē apollinaris increpans confestim ex illa exire coegit. Et post hec inuocato xpi nomine muro loquendi facultatē restituit. Sicq; plusq; quingentos gentiles cōuertit: post dies modicos a paganis apprehensus: iterūq; fustibus celsus prohibebat se sum noiare: qui facēs in terra ipm verū dei filiū exclamabat. Tunc nudis pedib⁹ ipm super puzas stare fecerūt. Deinde extra urbem classis eiecerūt. Qui cum xpianis extra muros in tugurio latitabat: et ad se venientibus xpm predicabat. Unde ad emiliam puinciā euangelizandā accessit. Interim q; calocer⁹ presbyter rayēnarē ecclesiā gubernauit. Regressus igit rayēnā ad domū rufi patricij adductus est: vt filiā eius infirmā sanaret. Sed mox vt ingressus est domū puella defuncta est. Rufus autē desebat: deosq; cōtra se ppter illius aduentū iratos dicebat: et ob id filiā suā occiderant. Cū autē sanctus orasset: et puella de morte resurrexit: et nomē xpi cōfiteres cum matre et magna multitudine baptisma suscepit: et virgo permansit. Rufus hō postmodū martyriū pertulit: vt dicef de eo in eius passione. vi. kal. septēbris. Audiēs hec cesar scripsit ad messalinū prefectum preroq; vt apollinarē ad sacrificare faceret: aut in exiliū mitteret. Prefect⁹ ergo ipm sacrificare nolentē fustib⁹ cedi iussit: et in equuleo extensum torquet: deinde aquā feruentē in eius vulneribus factari: et sic graui pondere ferri vinctū in exiliū mittere voluit. Tunc christiani aio accēsi in paganos irruerūt: et plus q; ducentos ex eis ceciderunt. Prefectus autē fugit: et apollinarē in carcerem

tradi fecit: deinde carbens vinctū nauī impōsult: et cum tribus eum sequentibus clericis in exiliū destinauit. Quare tēpestare nauis soluta: sanctus dei cū duobus clericis: et duobus solum ex militibus naufragiū euadens: ipsos milites baptizauit: cū quibus mysiā perrexit: et nobilē quendam leprosum mundauit: et plurimos ad fidem perduxit. Unde ad ripā danubij in partes thracie pertransiuit. Tuncq; eoz idola nulla darent responsa: vix ab vno eoz didicerent: q̄ donec apollinaris in partibus illis maneret: dñj eoz nullū eis respōsum dare possent: quem pagani repertū egerunt: et fustibus celsum nauigio raenne remisit. Post annos igitur tres ad ecclesiā suam regreditur: et a xpianis cū summa leticia suscipitur. Iterū aut post dies aliquot a gentilibus capif: et ad replū apollinis adducitur: cuius simulacriū videns maledixit: et cōtinuo contractū corruit. Quod videntes pontifices ipm tauro iudici perferunt: cum autem filiū eius secum illuminasset: taurus credidit: et ipm de manibus paganorū ereptum quattuor annis in pedito suo manere fecit: vbi ad se venientes in fide xpi docebat: et multa sup languentes miracula faciebat. Post hec taurus a pontificibus vespasiano accusat. Qui respondit: q̄ imperatores deos vindicare non habent: sed ipsi de inimicis suis se vicifci possunt: si ab eis ledunt: misit tamē legationē ad demosthenē patriciū: vt apollinarē secundū leges iudicaret: qui sanctū martyre ad suasionem pontificū tradidit: cuius centurioni christiano in carcere detinendū: cuius rogatu dum in vicum leprosoz pergeret: vt ibi propter suoz gentiliūm latitaret: a paganis insecutus: et vix ad mortem diutissime celsus est: vbi per dies. vij. superuivens: et discipulos admonens spiritū tradidit: et iuxta muros classen. oppidū sepultus fuit. x. kalen. augu. circa annos dñi. lxx. vbi et quiescit miraculis redolens.

De sancto Apollinare episcopo et confessoze. Cap. cxxix



Pollinaris

hieropolitanus epus tēpore marci antonini impatoris claruit: qui vir epimi doctrina et scitrate refulsit. Libri apologeticum pro xpiana religione eidē principi cōscripsit.

Extant eius et aduersum gentes quinq; volumina. De veritate duo. Item libri aduersum cataphrygarum heresim montani: scilicet preselle et maximille insanorum et pseudo prophe tarum. In hieropolitana quoq; ciuitate diem obiit: ibidemq; corpore quiescit. Hec hieronymus libro de viris illustribus.